

est per clavigeros et decanum. Haec omnia proxime sequenti die Sabbati a tota facultate Juli 19. approbata fuerunt.

C 212. De receptione Wolfgangi Meureri in professorem philosophiae Aristoteli[is].

Consiliiarii facultatis necnon alii viri docti in hac academia saepe solliciti fuerunt de professore illo eximio philosophiae Aristotelice ac diu deliberarunt. Tandem scripserunt Wolfgango Meureri, qui tum in Italia erat, et obtulerunt illi hanc lectionem rogaruntque, ut susciperet. Ille rescriptis litteris accepit ac die Iovis post Margarethae huc venit. Die autem Sabbathi post ex tota facultate una cum decano electi sunt mgr. Henningus Pyrgallus, Christopherus Montagk, Caspar Landsidell una cum decano et Leonhardo Wolf. Hi adierunt magnificum dominum rectorem Ioachimum Camerarium et accersito Wolfgango Meuro obtulerunt illi denuo lectionem predictam, quam ille recipiens pollicitus est suam operam et studium ac rogavit, ut facultas nostra sua auctoritate ab obtrectatoribus se defenderet. Destinata est illi hora quarta post meridiem et auditorium theologorum in collegio maiori. Stipendium annuum pro labore — centum et quinquaginta flor. — pollicitum. \*

Juli 17.

Juli 19.

### 1544 Wintersemester. 271. Decan Ioachim Camerarius von Bamberg.

N 105'. Anno<sup>1)</sup> salutiferi partus millesimo quingentesimo quadragesimo quarto III. Idus Octobris praefectus est curationi studii optimarum disciplinarum et artium et decanus factus summa totius consilii voluntate Ioachimus Camerarius Pabenbergensis. Cuius semestri studia et ab iis, quorum nomina subiecta sunt, et ea ratione, ut annotavimus, administrata fuerunt.

1544  
Oct. 13.

Κάμοι τοῦτο γέρας δῶκ' εὖνους ἐνθάδε βουλή,  
ἡμετεῖ μουσῶν ἔμμεναι ἠγκόχῳ.  
Καὶ, θέμις ὡς ἔστιν, παιδεύματα πάντα διοικεῖν  
τοὺς τε νόμους ἱερῆς ἀμφιπέειν σοφίης.  
θεῖον ἰωχεῖμου τοῦ τ'οὔνομ' ἔθρηκε λόβετρον  
καὶ Καμεραριαδῶν ἔστιν ἄνωθε γένος.

	Executores:	Clavigeri:
mgr.	{ Wolfgangus Meurer	mgr. { Caspar Landsidell
	{ Urbanus Schacht	{ Iacobus Loben.
	{ Leonhardus Wolf.	

Examinatores petentium honores magistrales:

mgr.	{ Henningus Pyrgallus
	{ Iacobus Loben
	{ Conradus
	{ Blasius Thammuller,

vicecancellarius fuit mgr. Ambrosius Lobwasser.

<sup>1)</sup> Für dieses Decanat sind in C die drei Seiten 212', 213, 213' freigelassen, aber sie sind nicht ausgefüllt worden.